

185 Et probata remissive quis teneatur probare dolum, vel culpam.  
 186 Notarius suspectus de falso potest torqueri, si testibus contradicentibus instrumento, & instante parte nolite, aut differat matricem producere.  
 187 Falsitas multis modis committitur in rescriptis Apostolicis remissive.  
 188 Et de Concellario saluum conductum Principis falsificante, remissive.  
 189 Et detruens bullas de litteris Papalibus, vel alijs in falsum incidit.  
 190 Falsum in multis casibus perpetratur remissive.  
 191 Et de eo qui finxit se creditore Mercatoris decocti in preiudicium aliorum creditorum remissive.  
 192 Et de falsitate ponderum annonæ, & similium remissive.  
 193 Falsificatio litterarum Papæ, vel Regum non regulatur ab alijs falsitatibus.  
 194 Et habet sexdecim specialia.  
 195 Falsitas an presumatur potius in litteris gratiæ, quam iustitiæ remissive.  
 196 Falsitas litterarum Apostolicarum est mixti fori.  
 197 Falsificantes litteras, vel sigillum Papæ, Regis, Iudicis, & Prelatorum, vel mandantes, aut scienter illis videntes quibus penis feriuntur remissive.  
 198 Falsi pena vñ teneatur mutans, vel abradens litteras iustitiæ, Principis, vel sigillum in facti narratione, remissive.  
 199 Clerici falsificantes litteras Apostolicas, vel Iudicum, quibus penis puniuntur remissive.  
 200 Falsificans litteras Delegati Papæ minus punitur, quam si litteras Papæ falsificasset.  
 201 Et idem est in falsificante litteras Proregis.  
 202 Statutum contra falsificantem sigillum Regis non comprehendit falsificantem scripturam.  
 203 Partus suppositio quibus coniecturis, & presumptionibus probetur remissive.  
 204 Et probatur etiam per testes participes criminis.  
 205 Nomen, vel vestes sibi mutantes, quibus puniuntur penis, remissive.  
 206 Et quid de consulente, vt quis sibi nomen mutet.  
 207 Et quando sit licitum mutare nomen proprium, signum, vel sigillum, & alienum sumere, & quomodo remissive.  
 208 Falsitas committitur delendo, vel interlineando scripturam, lacerando, addendo, detrahendo, vel aliquid amouendo.  
 209 Et non est locus pena falsi nisi substantia mutetur.  
 210 Et quando dicatur commissum vitium rasura, sine cancellationis parte substantiali, vel accidentali remissive.  
 211 Et rasura non nocet, si potest legi quod prius erat scriptum.  
 212 Procuratores, vel advocati ostendentes aduersarijs iura suorum clientulorum incidunt in penam falsi.  
 213 Litteras Iudicis a manu feruentis amouen. pena falsi tenetur.  
 214 Et quid in lacerante remissive.  
 215 Litteras non dicatur aperuisse, qui non legit.  
 216 Et quis dicatur legisse remissive.  
 217 Litteras aperiens an incidat in penam falsi.  
 218 Et divulgans contenta in litteris ad alterius iniuriam tenetur actione iniuriarum.  
 219 Litteras alteri scriptas lacerans, vel comburens pena falsi tenetur.  
 220 Clericus alienas litteras aperiens deponendus est.  
 221 Litteras publicas aperiens, vt aduersarios Principis, vel Reip. inuet. læsæ Maiestatis reus efficitur.  
 222 Litteras alieno signans sigillo, quando incidat in penam falsi.  
 223 Litteras alieno nomine scribens, eo ignorante falsum committit.  
 224 Instrumentum, vel scripturas coram Iudice lacerans violenter qua pena puniatur.  
 225 Et quid si auferret, licet non violaret.  
 226 Et quid de proieciente in ignem instrumenta producta.  
 227 Et quando lacerans instrumentum committat falsum remissive.  
 228 Et puniendus est, etiam si arripiens rem propriam laceraret vel in ignem proieceret.

229 Et qua sit pena laceranti cartam de libro Communis, vel fisci.  
 230 Litteras relationis aperiens etiã summo Pontifici directas extraordinarie punitur.  
 231 Litteras non restitens ei, cui mandatum restituendi suscepit, an incidat in penam falsi remissive.  
 232 Acta missa a iudice ad Consultorem si pars, cui deferenda traduntur, dissipet, & aperiat, & legat, quam penam patitur.  
 233 Notarius ostendens attestaciones non publicatas falsi penam incurrit, pars autem nulla pena tenetur.  
 234 Testamento alieno aliquid sibi abscribens in quibus casibus excusetur remissive.  
 235 Et notarius mercedem sibi debitam pro scripto testamento abscribere potest.  
 236 Et quid si sibi legatum abscribat, remissive.  
 237 Testari prohibens, an incidat in crimen falsi, & quibus penis puniatur remissive.  
 238 Et que sit practica instituentis, & probanda querela contra probentem testari.  
 239 Testari prohibens peccat grauissimè cum obligatione restituendi.  
 240 Vendens eandem rem duobus, an teneatur pena falsi remissive.  
 241 Et quid in donante, vel obligante rem duobus remissive.  
 242 Suspicio quid, & quot sint gradus suspicionis remissive.  
 243 Falsi suspensiones, matris & presumptionibus remissive.  
 244 Falsi suspitio cessat coniecturis, & presumptionibus.  
 245 Falsitas ex duobus presumptionibus probatur, quando ciuili agitur.  
 246 Falsi suspitio an pro veritate habeatur, remissive.  
 247 Falsitas probationibus necessario concludentibus probari debet.  
 248 Instrumentum falsum, vel de falso suspectum quomodo probetur remissive.  
 249 Et que sit differentia inter falsum, & de falso suspectum respectiue.  
 250 Iudex si ciuili agatur, non debet in dubio fidè instrumenti adhibere.  
 251 Falsi suspitio leuioribus probationibus, et presumptionibus in causa ciuili contra instrumentum inducitur, quam in criminali.  
 252 Testis falsus, vel producens falsum instrum. aut illud conferens, non punitur de falso, nisi pars petat criminaliter puniri, vel Iudex inquirat de eo delicto.  
 253 Falsi suspitio sufficit ad capturam, vbi de falso ciuili agitur.  
 254 Tortura leuis inferitur etiam notario in causa falsi ciuili intentata.  
 255 Instrumentum notarij, cui consuevit instrum. falsa conficere, non probat in ciuilibus, nisi testibus comprobetur.  
 256 Instrumentum notarij nondum condemnati de falso redditur suspectum.  
 257 Et instrumenta preterita non annullantur, licet aliquantulum sunt suspecta.  
 258 Ad probandam falsitatem admittuntur testes alias inhabiles.  
 259 Falsi pena, qua sit remissive. (les. Falsum committens in iudicio, an sine nouo processu puniri possit, num. eod.)  
 260 Index causarum ciuiliu potest ex officio punire testem deponentem falsum in iudicio coram eo cogitato.  
 261 Et si de falsitate constat, poterit condemnare sine citatione.  
 262 Falsi crimen si graue est, pena mortis punitur.  
 263 Testes falsi qua pena puniuntur in Regno Neap. remissive.  
 264 Falsificans plura capita libri, vel alterius scripturæ, aut producens plures testes, & instrumenta falsa eodem, vel diuerso tempore ad vnum finem pro vna falsitate vnica pena punitur.  
 265 Testis falsum deponens sine dolo, an sit puniendus.  
 266 Et dolo ex qualitate facti, & personarum perpenditur.  
 267 Testis scienter, vel ignoranter falsum deposuisse presumitur Iudicis arbitrio.  
 268 Falsi pena tria copulatiue requirit.  
 269 Dolus verus, & presumptus probantur indicijs, & coniecturis.

Et

270 Et de modis probandi, & presumendi dolum, remissive.  
 271 Testis deponens falsum ad defensam, non punitur pena ordinaria.  
 272 Et quid in mandante, vt falsum testimonium diceretur.  
 273 Testis non examinandus, si examinatus falsum dixerit, an debeat puniri remissive.  
 274 Vtens falso teste ad occultandum crimè consanguinei, vel amici puniatur ad emptione tertiae partis bonorum.  
 275 Testis deponens falsum, vbi est socius criminis nulla pena punitur.  
 276 Falsum accipitur proprie, & strictè in statuto.  
 277 Statutum, quod quis puniatur tanquam falsarius, intelligitur de pena arbitraria.  
 278 Falsitatis excusationes remissive.  
 279 Statutum puniens falsum testem non comprehendit virum bonæ estimationis, & probitatis.  
 280 Statutum contra producentem falsum testem, eoque videntem, an habeat locum aduersus inducentem pecunia testem ad dicendum veritatem.  
 281 Statutum quod instruens falsum testimonium pena falsi puniatur, de qua pena sit intelligendum, stante altero statuto, ex quo amputatio manus committenti falsum imponitur remissive.  
 282 Statutum contra producentem falsos testes, vel instrumenta an comprehendat tertium ducentem, vel subornantem testes ad tacendam veritatem remissive.  
 283 Statutum puniens falsum testem, an habeat locum in mandante remissive.  
 284 Statutum aduersus fieri facientem falsa instrumenta comprehendit persuadentem alteri, vt falsum deponat.  
 285 Statutum puniens Notarium de falso non procedit in alio falsum fabricante.  
 286 Falsitas in re modica etiam cum dolo leuiter punitur.  
 287 Et res modica videtur non excedens duos aureos. Actio de dolo non datur in summa duorum aureorum, numero eod.  
 288 Falsitas etiam modica in litteris Apostolicis, vel Regijs puniatur pena ordinaria.  
 289 Et non distinguitur an sit in parte substantiali.  
 290 Falsi conatus non secuto affectu extraordinarie punitur.  
 291 Testis per toruram falsum deponens excusetur a crim. fals. Metus excusat a dolo, nu. eod.  
 292 Testes condemnati de falso non preiudicent eos producenti, nec è contra.  
 293 Falsitatem committens, quomodo, et quando causam amittat remissive.  
 294 Et quid in Regno Neap.  
 295 Procurator an preiudicet Domino stante statuto, producentem falsos testes amittere causam.  
 296 Procuratore falsos testes producente, an teneatur Dominus remissive.  
 297 Actor producens falsum instrumentum mutui, causam amittit, licet reus instrumentum solutionis etiam falsum produxerit stante statuto, quod committens falsum, amittat causam.  
 298 Producens capitulum falsum, ac testem super eo examinari faciens, eoque examine vtiens, an & quando puniri debeat quantum testis possit excusari.  
 299 Procurator generalis cum libere an si falsum capitulum produxerit, possit Dominus puniri de falso remissive.  
 300 Et que sit eius pena, & an, & quando causam amittit remissive.  
 301 Producens petitionem pro se, & litis consortibus an tanquam falsarius puniri possit, si vnus ex consortibus non interuenierit, neque consenserit petitioni.  
 302 Statutum puniens mortem Notarium facientem instrumentum falsum an procedat in actuario falsificante acta.  
 303 Falsitas an possit committi sine dolo remissive.  
 304 Testis presumitur scienter falsum deposuisse.  
 305 Vtens falso in factio proprio presumitur scienter, in alieno ignoranter.  
 306 Dolus presumitur centum, & viginti tribus modis remissive.  
 307 Et quomodo presumatur remissive.

308 Dolus ex presumptionibus, & coniecturis inducitur, & cessat.  
 309 Falsi crimen verum dolum requirit.  
 310 Et quando procedat in eo condemnatio ex presumptionibus remissive.  
 311 Dolus, & verus, & presumptus quomodo probetur remissive.  
 312 Falsum etiam sine dolo temere deponens puniendus est.  
 313 Falsum non dicatur, quod adiunatur primordio veritatis.  
 314 Falsitas non preiudicialis, an sit punibilis remissive.  
 315 Et quid in falsificantibus litteras Apostolicas, vel Regias.  
 316 Testis recipiens pecuniam, non tamen falsum deponens, an puniatur, remissive.  
 317 Et quod in falsificante scriptura, qua erat nulla.  
 318 Et quid si scriptura a principio nulla ex aliquo statuto superueniente, fidem faceret.  
 319 Falsitas in scriptura priuata, vel publica ad fauore scribentis an sit puniendus pena falsi.  
 320 Falsitas etiam sine dolo commissa arbitrio Iudicis punitur. Falsi pena quantum fieri potest a Iudice euarianda est, numero eod.  
 321 Falsificans monetam qua pena puniatur remissive.  
 322 Et moneta a non habente auctoritatem fabri cata dicitur falsa.  
 323 Et de prestantibus opem consocijs, ac eam expendentibus, de Iudicibus, probationibus, excusationibus, & penis remissive.  
 324 Et quot modis dicatur moneta falsa remissive.  
 325 Et statutum contra falsificantem monetam non procedit in falsificante monetam reprobata in loco statuentium.  
 326 Et ex quibus moneta probetur falsa, remissive.  
 327 Et locus est pena statuti contra eudentes monetam, licet delictum non sit consummatum.  
 328 Et eudens monetam euitas penam falsi, si ea non perfecta penitentia ducitur.  
 329 Falsificans bagatinos, non tenetur pena statuti.  
 330 Et statutum contra falsificantem monetam intelligitur de moneta statuentis. Falsam monetam eudere parentes, si peniteant, non puniuntur pena ordinaria, n. 328.  
 331 Falsificans monetam sui Principis, reus est læsæ Maiestatis.  
 332 Falsæ moneta criminis specialia remissive.  
 333 Monetam tingens, vel tingi faciens punitur pena mortis.  
 334 Et quid stante consuetudine.  
 335 Et faciens falsos cignos monetæ puniri debet.  
 336 Et debet apparere euidenter de falsa moneta, & sit locus pena.  
 337 Et sciens eudentem monetam falsam tenetur reuelare.  
 338 Monetam radentis, aut minuents qua pena Regno Neap. & in statu ecclesiastico.  
 339 Et quid si reductatur ad iustum pondus.  
 340 Et tendens monetam parui momenti non incidit in penam statuti, si eam misit ad Zeccam.  
 341 Monetam falsam scienter expendens qua pena plectatur.  
 342 Et quid si ignoranter.  
 343 Et quando monetam falsam expendens, vel habens puniatur remissive.  
 344 Et quid in Regno Neap.  
 345 Monetam ab alio diminutam expendens an debeat puniri, remissive.  
 346 Monetam falsam expendens, non tamen plumbeam, vel staneam, tenetur pena extraordinaria. Et expendens quatuor in parua quantitate, non punitur pena statuti, num. eod.  
 347 Monetam argenteam deaurari faciens, eaque meretricem deludens, leui pena pecuniaria puniendus est.  
 348 Monetam non falsam pluries quam valeat dolose expendens pena arbitraria punitur. Testis dicens, an primo examine aliquid factum presente scio, si iterum examinatur, & interrogatus, qui fuerint presentes, respondeat quod nullus quomodo soluetur, numero 36.

ADDI-

